VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

fudit sanguinem pacificorum quo obtulerat sup
altare. Porro altare æreum quod erat coram dno
transtulit de facie templi. & de loco altaris &
de loco templi dni. posuitque illud ex latere
altaris ad aquilonem. Precepit quoque rex achaz
urie sacerdoti dicens. Super altare maius offer
holocaustum matutinum. & sacrificium vespti
num. & holocaustum regis & sacrificium eius. & ho
locaustum universi populi terre. & sacrificia eorum &
libamina eorum. & omnem sanguinem holocausti.
& universum sanguinem victime super illud ef
fundes. Altare vero æreum erit paratum ad vo
luntatem meam. Fecitque uria sacerdos iuxta
omnia quæ preceperat rex achaz. Tulitque autem rex
achaz celatas bases. & luterem qui erat desup
& mare de posuit de bubus æneis quibus sustenta
bant illud. & posuit super pavimentum
stratum lapide. Musach quoque sabbati quod
edificaverat in templo. & ingressum regis ex
terius convertit in templum dni. propter regem assy
riorum. Reliquum autem verborum achaz quæ fecit
nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum
regum iuda. Dormivitque achaz cum patribus
suis. & sepultus est cum eis in civitate david.
& regnavit ezechias filius eius pro eo. Anno
duodecimo achaz regis iuda regnavit
osee filius hela in samaria super israel novem an
nis. Fecitque malum coram dno. tamen non sicut reges israel
qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit salma
nasser rex assyriorum. & factus est ei osee ser
vus. reddebatque tributa ei. Cumque deprehen
disset rex assyriorum osee quod rebellare ni
teretur misisset nuntios ad suum regem egypti
ne prestaret tributum regi assyriorum sicut sin
gulis annis solitus erat. obsedit eum & vin
ctum misit in carcere. Per
totam terram. & ascendens samariam obsedit eam
tribus annis. Anno autem nono osee cepit
rex assyriorum samariam. & transtulit israel in
assyrios. posuitque eos in hala & in habor
iuxta fluvium gozan in civitatibus medorum.
Factum autem cum peccassent filii israel dno
deo suo qui eduxerat eos de terra egypti de
manu pharaonis regis egypti. coluerunt deos ali
enos. & ambulaverunt iuxta ritum gentium quas de
supserat dns in conspectu filiorum israel & filiorum iuda.
quæ similiter fecerant. Construxerunt filii israel ubis in
terra dni non dni sui. & edificaverunt excelsa in
cunctis urbibus suis. a turre custodum usque ad civi
tatem munitam. fecerunt quoque statuas & lucos in omni
colle sublimi & subtus omne lignum nemorosum &
adolebant ibi incensum super aras. in more gentium
quas transtulerat dns a facie eorum. fecerunt quoque verba
pessima irritantes dnm. & coluerunt immundi
cias de quibus precepit dns eis ne facerent ubum
hoc. Et testificatus est dns israel & iuda per manum
omnium prophetarum & videntium dicens. Revertimini a viis
vestris pessimis. & custodite precepta mea & cerimo
nias iuxta omnem legem quam precepi patribus vestris. & sicut
misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non
audierunt sed induraverunt cervices suas iuxta cervices
patrum suorum qui noluerunt obedire dno deo suo. & ab
fecerunt legitima eius. & pactum quod pepigit cum patribus
eorum. & testificationes quibus contestatus est eos. secutique sunt
vanitates & vana egerunt. & secuti sunt gentes que
erant per circuitum eorum. super quibus precepit dns eis.
ut non facerent sicut ille faciebant. & derelinquentes
omnia precepta dni dei sui. fecerunt sibi conflatiles duos
vitulos. & lucos. & adoraverunt omnem militiam celi.
seruierunt quoque baal & consecrabant filios suos & filias
suas per ignem. & divinationibus inserviebant &
auguriis. & tradiderunt se ut facerent malum coram
dno & irritarent eum. Iratus quoque est dns vehementer
super israel & abstulit eos de conspectu suo. & non re
mansit nisi tribus iuda tantum. Sed nec ipse iuda
custodivit mandata dni dei sui. verumtamen am
bulavit in erroribus israel quos operatus fuerat. Proiecitque
dns omne semen israel & afflixit eos & tradidit in
manu direptorum. donec proiceret eos a facie
sua. ex eo tempore quo scissus est israel a domo david.
& constituerunt sibi regem ieroboam filium nabath. Sepa
ravit enim ieroboam israel a dno. & peccare eos fecit
peccatum magnum. Et ambulaverunt filii israel in uni
versis peccatis ieroboam quem fecerat. donec recesserunt a facie
usque quo auferret dns israel a facie sua sicut locutus
fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum.